



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

3. A quibus iudicibus appellare liceat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

maria 5. §. si virū b.t. ideoque fieri debet ad Iudicium ordinarium, coram quo citandus & vocandus esset adversarius pro lite, dum est litigandum via ordinaria, d. c. Cum sit Romana in fine, Gloss. in de Concertatione in V. gravatum: nec unquam suspendit executionem, nec causas attentata, e. Communiter 11. sup De electione, Gonzales ad Reg. VIII Cancell. Glos. 9. in annotat. contra nullitatem & attentatum. 29. ubi subiungit, hanc esse uiam differentiam interappellationem extrajudicialem & judicialem, ex quatuordecim, quas assignat Abbas in e. Bona memoria 51. b.t.

4. Rursus Extrajudicialis est duplex: aut enim non à Iudice, sed à parte extra judicium appellatur, d.e. Bona memoria; vel à Iudice extra judicialiter procedente.

5. Appellationum, sive Judicialium sive Extrajudicialium, aliæ sunt rationabiles & justæ fidelegitimæ, alia frustatoræ, frivole, in arias & leves. Frustatoria, ut quæ moranda solutionis vel suspendendi judicii causæ interponantur, Tutor D. De usuris. Frivole autem & leves, quæ pro minimis rebus interciuntur, queque & tales ut temerariae rejiciuntur, & quas etiam rejicit Ulp. in l. Si rem alienum §. solutum autem D. De pignoribus actions.

§. II

Quis appellare possit.

1. Appellat quilibet, cuius interest.
2. Unius è scissi appellatio etiam alii prodest.
3. Et domini prodest subditos.
4. Excommunicatus in iudicio rectè appellat.
5. Item procurator habens mandatum.
6. Non gravatus non appellat.

1. Appellare potest non solum is, qui condemnatus est nomine sive suo sive alieno, vel uti procuratorio, tutorio, l. 4. § fin. & tutor 27. D. hiscit, modo non sit condemnatus ut contumax, l. 1. Cod. Quorum appellat, non recipit, sed etiam quilibet alius, cuius interest, licet condemnatus non sit, l. 1. D. De appellat recipit. Hinc enim humanitatis ratione receptum est, ut prominato ad supplicium provocare quilibet possit, l. 6. D. hoc sit, quasi omnium intersit innocentem defendi, & hominem hominis beneficio affi- 3. Servus D. De servis exportando.

2. Quod si unus ex pluribus appellaverit, & causa sit communis, & una eademque omnium defensio, appellatio eius etiam prodest aliis, qui non appellaverint, l. 1. & 2. Cod. Si unus ex pluribus appellat, l. 10. § fin. D. eod. Quod obtinet in correis criminalibus, Iul. Clavis §. fin. q. 9. 4. verste. Quaro numquid. Licet aliud obtineat in beneficio restitutionis, in quo unius restituot alteri non prodest, d. l. 2. & l. 1. Cod. Si in communione eademque causa in integrum resistit postuletur.

3. Sed & domini appellatio subditu prodest, si subditu saltem per consequentiam intersit, arg. e. Deletis 55. b.t.

4. Excommunicatus appellare quidem potest judicialiter, quia illa appellatio est species defensionis, quem ne quidem diabolo degandam scribit Speculator, extrajudicialiter vero appellare non potest, quia talis appellatio habet vim conventionis: atqui excommunicatus alterum convenire non potest.

5. Ut autem procurator possit appellare, mandatum habeat necesse est, saltem generale, hoc que sufficit, cum appellatio sit de prosecutione primæ instantiæ: & ideo tenetur quoque appellare, & appellatiouem à se interpositam denunciare domino illis casibus, quibus prosequi non tenetur, cap. penult. sup. De procurat. An autem & quando possit vel tenetur aut non tenetur eam prosequi vide Scacciam Tract. De appellacione questione, 5. Calvolum in Praxi §. Procurator Conclus. 1.

6. Quemadmodum vero quilibet gravatus & cuius interest potest appellare, ita è diverso non gravatus, & cuius non interest, non appellat, quia gravamen est causa appellationis, quo proinde cessante cessat appellatio. Hinc ob veram contumaciam condemnatus non appellat, quia non dicitur is gravatus. Similiter nec notorius delinquens seu confessus & convictus, quia non dicitur quoque gravatus. Sed & frivole appellans audiit non debet, quia gravatus non sit, sed alium gravare studeat; unde etiam multari vel excommunicari potest.

§. III.

A quibus Iudicibus appellare liceat.

1. Regulariter ab omnibus iudicibus appellatur.
2. Fallit in Principe, non recognoscente superiorum.
3. Fallit in eum in supremis Consilii.

4. In Episcopo; cuius prorogata est jurisdictio.
5. In delegato à Principe.
6. In arbitro.
7. In judice, qui revocavit gravamen.

Appellari regulariter potest ab omnibus Judicibus, qui sentenciam vulnerunt, sive sint ordinarii sive delegati, can. Omnis, can. Ad Romanam 2. q. 7. Speculator h. tit. §. videndum restat, 18. & late Scaccia De appellat. qu. 16. Cum enim appellatio habeat naturam defensionis, sap. Cum speciali 61. s. porro h. tit. omnibus regulariter permitta esse debet: nec facit injuriam Judici, qui ab eius sententia appellat; Rebuff. Tract. De supplicis n. 49.

2. Fallit autem haec regula, Primo, in Principe, non recognoscere superiorem, nisi ad aliorum relationem pronuntia verit, aut à male informato ad melius informandum appelletur, Scaccia q. 8 n. 65. quia de substantia est appellacionis, quo dicit à minori ad majorem, qualem non habet, qui aliud non recognoscit superiorem. Si tamen sententia Principis hujusmodi sæcularis continetur manifestam inquirat, posset ab ea appellari ad Papam arg. Glos. in cap. Ex transmissa sup. de foro competenti. quia Papa ratione peccati omnium talium Principum est Judex competens.

3. Secundo, fallit in supremis Conciliis, quia eorum sententia celeratur sententia Regis aut Principis.

4. Tertio in Episcopo, cuius jurisdictio fuit prorogata, i. Episcopali Cod. De Episcopali audience. Idque speciale est in Episcopo: nam secus obtinet in alio Judice protogato, vel dato de communis consensu partium, l. Ex consensu 23. hoc sit.

5. Quartu, in delegato à Principe, cum clausula, Remota appellatione, e. Pastorale 53. h. s. quia tamen clausula de frivola & levi, non etiam de gravi & legitima appellatione intelligi debet, d. cap. Pastorale Gaill. Observ. 33. n. 4. & 5. De effectu vero istius clausulae vide citatos à Mazzara, 6 p. principali actu 2. n. 138.

6. Quinto, in arbitrio, nisi fuerit arbiter Juri, ut ante diximus. ad Tit. de arbitris Vide Mazzaram d. 6 p. actu 2. principali n. 62. & seqq. & 4. p. principali Distincta 6. versio. Quarto an coram arbiter &c.

7. Denique in Judice, qui revocavit grava-

mem, quod fuerat comminatus: nisi alio modo sit suspectus, c. Cum cessante 60. h. s.

§. IV.

A quibus sententiis seu actibus appellare liceat, vel non.

1. Iure civili appellatur à sententia definitiva.
2. Et ab interlocutoria, vim definitiva habent.
3. Iure Canonico ab omni gravamine.
4. Ex Concil. Trid. tanum à gravamine irreparabili.
5. Ab eadem sententia tertio appellare non licet.
6. Non appellari versus consumaz.
7. Non confessus & convictus.
8. Non reus de crimine notorio.
9. Aut condemnatus de criminis heres &c.
10. Non condemnatus pro debito publico.
11. Non Officialis condemnatus à suo judge.
12. Præterea non appellatur à sententia in causa cimarum.
13. Non ab eo actu, quem quis probavit.
14. Non in cassisi requirentibus celeritatem.
15. Non à nominatione ad munera publica.
16. Non ex vi clausula Appellatione remota &c.

Regulariter quoque appellari potest à quacumque sententia, & quibuscumque caussis seu causibus, sive civilibus sive criminalibus. Cum Romanam 5. h. s. nisi id inventari prohibitur à Iure Rebuff. Tract. De appell. lat. in prefat. n. 72. quia regulariter appellatio di magis favorabilis, quam sententia, Gonzals ad Reg. VIII. Cancelli in annos. ad Glossam 9. contra nullitates & accentata num. 25. Hoc tamen discrimen inter ius civile & Canonicum, quod iure civili tantum permittatur appellatio à sententia definitiva & quidem valida: nam ab invalidis, cum ipso jure sint nullæ, frustra appellatur, tote istitu Codice. Quando provocatio est necesse, d. tit. D. Quia sententia sine appellatio dividuntur. 1. Si expressim 19. D. hoc sit, licet in dubio nullitas posit per alternativam appellacioni conjungi DD. in d. l. Si expressum.

2. Ab interlocutoria vero sententia appellare hoc jure non licet. Ante n. Cod. Quorum appellat. non recip. l. fin. C. De sent. & interlocut. om. jud.